

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Henricus Fridericus Weber

**De vera inter sponsalia de praesenti et nuptias differentia, quatenus in jure
Canonico recentiori fundata est,**

Parchimi: Litteris Zimmermannianis, 1825


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1007490713>


Druck Freier  Zugang




OCR-Volltext

RU jurist. 1825
Weber, Henr. Frid.








De
vera inter sponsalia de praesenti
et nuptias differentia, quatenus
in jure Canonico recentiori
fundata est,

auctore

Henrico Friderico Weber,
Grabovio-Megapolitano.

Parchimi MDCCCXXV.
Litteris Zimmermannianis.

1825



Viro

consultissimo, humanissimo atque doctissimo

Joanni Jacobo Andreae Taddel

utriusq. jur. doctori, civitatis Rostoch, Consuli etc.

n e c n o n

patruo meo carissimo et doctissimo

Joanni Godofr. Abrah. Weber

jur. utriusq. doctori etc.

etiamque longe antea mea sententia

lebet exibit ad eum inquit

et quod dicitur in libro deuteronomio

Exodus

etiamque in libro deuteronomio

rodeps apologetico deo

et quod dicitur in libro

ambagio ille (de cuiuslibet de jure nuptiis quippe) hunc
ambagio (de cuiuslibet de jure nuptiis quippe) hunc

Arte scribendi haud satis eruditus, materiam quandam
tractare proprio motu nunquam mihi proposuisse. Sed
postquam, necessitate quadam mihi imposita, de tractan-
da aliqua materia commentationi non inconvenienti dili-
genter cogitarem, prae variis elaboratione dignis ea de
differentia inter sponsalia de praesenti et nup-
tias, quatenus in jure Canonico fundata est, mihi
adrisit. Atque ut melius in differentiam illam inquirere
possim, 1) de definitione, 2) de consensu, 3) de for-

ma, 4) de fine, 5) de effectibus tam sponsalium de praesenti, quam nuptiarum agam, et denique 6) alia quaedam, in quibus differunt, addam.

Priusquam autem ad singula tractanda progrediar, indulgentiam, benevole lector, oro, non deneges, si quaedam minus recte proposita inveneris.

§. I.

Quamquam communis fere opinio est, „sponsalia de praesenti et nuptias, quoad jus Canonicum non differere,“ tamen hanc opinionem rationibus haud satis esse sufficiam, si accuratius spectemus, invenitur.

Nam, ut a definitione incipiamus, alia definitio competit sponsalibus de praesenti, alia nuptiis.

Sponsalia omnino definiuntur, quod sint: mentio et repromissio futurarum nuptiarum 1), — et sunt unius generis, — quatenus videlicet semper futuras respiciunt nuptias, quamquam de jure Canonicō alia dicuntur de praesenti, quae per verba de praesenti, alia de futuro, quae per verba de futuro contracta sunt. Verba autem de praesenti dicuntur, quibus declaratur consensus matrimonialis, i. e. ipsum implementum matrimonii, e. g. ego te in meam accipio et ego te accipio in meum, qua formula antiquiores canonistae magis consensum matrimoniale, quam sponsalium declaratum esse volunt, non quod sponsalia verbis praesentis temporis sint inita, sed quod conjugium praesens promiserint, nec in nuda desponsatione substitisse videantur 2); — verba de futuro, in quibus continetur promissio de futuro ma-

rimonio; e. g. ego te in meam accipiam et ego te accipiam in meum 3). Sed cum subtilem hanc antiquioris juris Canonici distinctiōnem inter sponsalia de praesenti et de futuro Concilium Tridentinum aboleverit 4), et praeterea differentia illa quoad linguam nostram Germanicam, in verbis magis consistat, quam in re, quia Germanis fere idem est: „ich nehme Dich zur Ehe, oder, ich will Dich zur Ehe nehmen“, proptereaque haud observari soleat 5), — merito hodie non ab ipsis verbis distinguuntur sponsalia; sed de praesenti vocantur, ubi consensus purus, praesens et simplex est, licet pro lubitu ipsum implementum matrimonii nonnunquam differatur; de futuro, ubi non puro et simplici consensu, sed in futurum eventum matrimonium promittitur. Atque in his conditio aut dies vel expresse adjicitur, vel tacite et per se jam inest conditio, qualia sunt sponsalia impuberum, quae prius non obligant, quam pubertatem si impuberes fuerint adepti 6).

Nuptiae seu matrimonium autem sunt: viri et mulieris conjunctio, individuam vitae consuetudinem continens 7); vel ut ad meliorem intellectum nuptiae mihi videntur commodissime describi, quod sint: individua consuetudo, consensu matrimoniali a viro et uxore inita, ad humani generis propagationem et muluum vitae adjutorium.

- 1) C. 3. c. 30. q. 5.
- 2) ut Boehmer. Jus Eccles. Protest. lib. IV. tit. I. §. 12.
- 3) C. 22. pen. et ult. c. 32. X. de sponsal. [4, 1.] — C. 14. 31. X. de convers. conjugat. [3, 33]. — C. 3. X. de sponsal. duor. [4, 4]. Cf. Boehmer. J. E. P. lib. IV. tit. I. §. 12. seq. — Wiese Grunds. des gem. in Deutschl. übl. KirchenR. §. 266.
- 4) Conc. Trid. sess. XXIV. c. 1. de reform. matrim. — Cf. Boehmer, cit. §. 14. Wiese cit. in dict. §.
- 5) Cf. Boehmer cit. §. 39. — Luther in tract. von Ehesachen. — Schneid. ad Inst. de nupt. part. I. n. 5 et 6. — Paul. Cypr. de sponsal. c. 4.

§. 8. n. 3. 4 et 5. — Carpz. Pr. Crim. part. II. qu. 56. n. 24. —
et Ipr. Cons. lib. II. d. 18. n. 4.

- 6) C. 7. 8. X. de despons. impub. [4, 2.]
7) C. 11. X. de praesumt. [2, 23.]

§. 2.

Sponsalia de praesenti et nuptias ratione definitionis multum inter se differre cum modo paucis demonstraverimus, nunc de differentia quoad consensum disserendum est. Licet enim in variis canonum locis tam sponsalia, quam nuptiae dicantur nudo et solo consensu constitui, alias tamen consensus requiritur in nuptiis, qui dicitur nuptialis seu matrimonialis, alias in sponsalibus de praesenti, qui convenienter nuncupatur sponsalitius. Atque ille quidem existit, quando partes ita consentiunt, ut statim conjuges fiant et individua vitae consuetudo inter ipsas constituatur, ac alter alteri jus sui corporis det et vicissim ab altero accipiat idque sobolis procreandae gratia cum promissione omnium officiorum, quae mutuo a conjugibus requiruntur. Sponsalitius vero semper matrimonialem praecedit eoque solis verbis sine concubitu futurae nuptiae mutuo repromittuntur, unde recte Bonaventura distinct. 28. lib. sensent. IV. de sponsalibus de praesenti inquit: „Consensus est causa matrimonii, sed non tota,” porro: „Consensus de nuptiis est causa ut fiat matrimonium, non ut sit 1). Ideoque consensus sponsalitius non statim facit conjuges, sed sponsum tantummodo atque sponsam, quem consensum postea intervallo temporis matrimonialis sive nuptiae ipsae sequuntur. Et sicuti aliud est promittere, aliud autem dare vel facere, ita etiam mutua ista reprmissio non perficit ipsum matrimonium, sed pactum duntaxat de subsecuturo matrimonio atque societate conjugali contrahenda.

Quae quidem distinctio (inter consensum scilicet sponsalitium et matrimonialem seu nuptialem) bene si advertatur, facile quisque, ex promiscua diversi hujus consensus acceptione vulgarem illum errorem: „sponsalia de praesenti et matrionium unum idemque esse,“ — ortum esse videbit. Omnia autem loca juris Canonici, ab erroneam illam sententiam foventibus allegata, si etiam diligentissime perlegantur omnique ingenii acie expendantur, nihil alind ex illis evinci potest, quam quod vel unum commune nomen diversae rei imponatur ac sponsalia aliquando improprie et abusive matrimonium appellantur, vel quod cum nuptiae, tum sponsalia solo consensu dicantur contrahi 2) Sed multa alia clariora et magis perspicua in corpore juris Canonici inventiuntur loca, quae melius dilucidiusque distinctionem illam inter matrimoniale et sponsalitium consensum ostendunt 3).

- 1) Paul. Cypr. de spons. c. 5. §. 2. n. 4.
- 2) C. 6. 9. c. 27. q. 2. — C. 1. X. de spons. et matr. [4, 1]. — C. pen. X. eod. — C. 5. 35. c. 27. q. 2. — C. 37. 40 — 44. C. 27. q. 2. — C. 2. 14. X. de convers. conjugat. [3, 33]. — C. 28. C. 27. q. 2. — Cf. Dn. Schilt. ad Inst. de nupt. n. 1. — ad ff. de sponsal. §. 9.
- 3) C. 38. c. 27. q. 2. — C. 1. c. 30. q. 5. — C. 2. c. 30. q. 5. — C. 17. c. 27. q. 5. — Cf. Bochov. ad Wesenb. parat. de sponsal. n. 4. — Carpz. Jurisp. lib. II. t. 8. d. 132. n. 3. — Paul. Cypr. de sponsal. c. 5. §. 2. n. 3.

§. 3.

Sponsalia de praesenti et nuptiae differunt quoque ratione formae. Forma enim sponsalium consistit in consensu sponsalitio seu pactione, et re promissione de futuro conjugio, ut invenitur in C. 3. C. 30. q. 5., quo quidem loco Nicolaus Papa ad sponsalia nihil nisi nuda futurorum nuptiarum promissa, consensu contrahentium, parentum ac pro

re nata propinquorum etiam inita, desiderat, et expresse cavet ac vetat, ne simul uno eodemque tempore nuptiae cum sponsalibus de praesenti effectum accipiant, sed ad illarum perfectionem (loco antiquae in domum deductionis) ulterius requirit benedictionem sacerdotalem. Unde, quia perfectio rei forma est ipsius rei, benedictio sacerdotalis constituit formam nuptiarum. Atque hanc Nicolai sententiam alii adhuc varii canones probant 1), quibus cautum est, ne ullus fidelis, cunctusque etiam sit conditionis, occulte nuptias faciat, sed, benedictione a sacerdote accepta, perfectum ineat matrimonium 2).

1) C. 17. c. 27. q. 2. — C. 2. — 7. c. 30. q. 5.

2) C. 1. C. 30 q. 5.

§. 4.

Nec non probari potest haec differentia ex diverso fine, qui in sponsalibus unicus est, nempe ut nuptiae subsequantur 1). Contrahentes enim sponsalia, sive de futuro sive de praesenti, nihil aliud intendunt, quam ut conjuges fiant, nam omnia sponsalia sunt de futuro matrimonio, licet quaedam illorum dicantur de praesenti, quoad scilicet purum et simplicem consensum, quae tamen ratione futurarum nuptiarum manent de futuro 2) (cf. supra §. 1.) In nuptiis autem fines reperiuntur varii 3), quorum, cum duo sint principales, alter in eo consistit, ut soboles procreetur humanumque genus propagetur, alter est mutuum adjutorium, descendens ex individua vitae consuetudine, quod ex multis tam divini quam humani juris locis satis notum est. Hic vero duplex nuptiarum finis nec debet nec potest a sposo sponsaque obtineri, cum iis in una domo una cohabitare prohibitum sit, et extraordinaria poena afficiantur, nimirum vel pecuniaria, vel car-

ceris, imo etiam relegationis, si statim post peracta sponsalia concubuerint.

- 1) Wesenb. I. c. n. 7. — Bachov. in not. ibid.
- 2) Schilt. in prax. jur. Rom. in folio Ger. exercit. 36. §. 3. et 9. — Paul. Cypr. cap. II. §. 3. n. 1 — 4. — Lauterb. coll. ff. ad tit. de sponsal. §. 6.
- 3) Wesenb. I. c. n. 6.

§. 5.

Posse quoque hanc differentiam deduci ex diversis effectibus, nemo sane nescit. I. enim nuptiis contractis dicuntur partes vir et uxor, sponsalibus de praesenti vero celebratis sponsus et sponsa. Et quamvis sponsus et sponsa aliquando habeantur pro marito et uxore, tamen hoc fit abusive et impropre 1). II. Matrimonium inducit ipsam individuam vitae consuetudinem omnisque vitae consortium 2): at sponsalia non nisi istiusmodi tantum spem tribuunt ut supra §. 2. vidimus. III. Inter virum et uxorem donationes non valent, quae tamen inter sponsum et sponsam; non sunt prohibitae. IV. Nuptiae contrahunt affinitatem; ex sponsalibus vero nulla descendit affinitas, ut recte statuit G. L. Boehmer in Princip. Jur. Canon. lib. III. sect. II. tit. VI. §. 396, — sed. impedimentum tantum publicae honestatis 3). V. Maritus tenetur uxorem defendere eique alimenta praestare, sicut et omnia matrimonii onera sustinere. Sponsum autem hoc facere non oportet. VI. Nuptiae uxorem participem reddunt fori ac domicilii mariti, ut et ejus dignitatis; sponsalia vero non aequae. VII. Uxor maritum lugere debet, nec alteri intra annum luctus nubere debet sub poena infamiae, quod tamen secus se habet cum sponsa cui necessitas lugendi haud imposita est.

- 1) Cf. Wesenb. I. c. n. 7. et Bachov. in not. ibid.
- 2) Gaus. 29. q. 1.
- 3) Cf. Wesenb. I. c.

§. 6.


Sponsalia de praesenti et nuptiae in eo quoque differunt, quod post sponsalia de praesenti alteri parti licitum sit, eligere monasterium, et alteri in secularitate remanenti ad secunda vota transire 1). Nuptiis vero contractis neuter conjux in monasterium ingredi potest. Et si tale quid contigerit, de monasterio revocari debet 2).


- 1) C. 27. 28. C. 27. q. 2. — C. 2. X. de convers. conjugat. [3, 33].
- 2) C. 1. 3. 5. 6. 8. X. eod.


§. 7.


Tandem sponsalitiam societatem tam arctam non esse, quam conjugalem omnibus cognitu facile est ex sponsalium leviore dissolutione, quae, utraque parte consentiente, sine ulla difficultate atque solennitate procedit 1). Quod vero de nuptiis minime praedicari protest: haec enim sunt indissolubiles, ac non nisi ex gravioribus quibusdam causis et judicio ecclesiae dirimuntur. Tantum!


- 1) C. 2. X. de sponsal. et matrim. [4, 1.]
 - 2) C. 2. 3. X. de divortiis [4, 19.] — C. 13. X. qui filii sint legitimi. [4, 17.]
-















ceris, imo etiam relegata
cubuerint.

- 1) Wesenb. I. c. n.
- 2) Schilt. in prax. in
Cypr. cap. II. §.
sal. §. 6.
- 3) Wesenb. I. c. n.

Posse quoque hanc
nemo sane nescit. I. e
uxor, sponsalibus de pr
quamvis sponsus et spon
tamen hoc fit abusive et
sam individuam vitae c
at sponsalia non nisi ist
vidimus. III. Inter viru
men inter sponsum et
contrahunt affinitatem; e
recte statuit G. L. Boeh
tit. VI. §. 396, — sed. i
V. Maritus tenetur uxo
et omnia matrimonii one
oportet. VI. Nuptiae
mariti, ut et ejus digni
maritum lugere debet,
sub poena infamiae, qu
cessitas lugendi haud ir



tim post peracta sponsalia con

in not. ibid.

Ger. exerct. 36. §. 3. et 9. — Paul.
Lauterb. coll. ff. ad tit. de spon

deduci ex diversis effectibus,
contractis dicuntur partes vir et
celebratis sponsus et sponsa. Et
habeantur pro marito et uxore,
D. II. Matrimonium inducit ip
omnisque vitae consortium 2):
im spem tribuunt ut supra §. 2.
donationes non valent, quae ta
sunt prohibitae. IV. Nuptiae
vera nulla descendit affinitas, ut
ip. Jur. Canon. lib. III. sect. II.
n tantum publicae honestatis 3),
e iisque alimenta praestare, sicut
Sponsum autem hoc facere non
cipem reddunt fori ac domicilii
ia vero non aequa. VII. Uxor
tra annum luctus nubere debet
hus se habet cum sponsa cui ne